BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 107v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ut accipes duas tabulas lapide
as tabulas pacti quod pepigit
uobiscum dominus. et perseuera
ui in monte quadraginta diebus
ac noctibus panem non comedens
et aquam non bibens. Deditque
michi dominus duas tabulas la
pideas scriptas utrasque digito dei
et continentes omnia uerba que lo
bis in monte locutus est de medio
ignis quando turba congregata
fuit. Cumque transissent xl dies et to
tidem noctes dedit michi dominus
duas tabulas lapideas tabulas fe
deris. Dixitque michi. Surge et des
cende hinc cito quia populus tuus quem
eduxisti de egypto. deseruerunt ve
lociter uiam quam demonstrasti eis
Feceruntque uitulum conflatilem
Rursumque ait dominus ad me
Cerno quod populus iste dure cerui
cis sit. dimitte me et conteram eum
et deleam nomen eius sub celo et con
stituam te super gentem que hac
maior et fortior sit. Cumque demon
te ardente descenderem et duas ta
bulas federis utraque manu tene
rem indissemque uos peccasse do
mino deo uestro et fecisse uobis uitu
lum conflatilem ac deseruisse ve
lociter uiam eius quam uobis os
tenderat proieci tabulas de mani
bus meis confregique eas in con
spectu uestro. Et procidi ante domi
num sicut prius xl diebus et xl
noctibus panem non comedens
et aquam non bibens propter omnia
peccata uestra que gessistis contra
dominum et eum ad iracundiam
prouocastis. Timui enim indigna
cionem illius qua aduersum uos
concitatus uos delere uoluit et
exauduit me dominus etiam
hac uice aduersus aaron quoque ve
hementer iratus uoluit eum
conterere et pro illo similiter de
precatus sum. Peccatum autem
uestrum quod feceratis id est ui
tulum arripiens igne conbussi
et infrusta comminuens omnino que
impuluerem redigens proieci in tor
rentem qui de monte descendit
In incendio quoque et in tempta
cione et in sepulchris concupiscen
tie prouocastis dominum et quan
do misi uos de cades barne dicens
Ascendite et possidete terram quam
dedi uobis et contempsistis impe
rium domini dei uestri et non cre
didistis ei neque uocem illius au
dire uoluistis. sed fuistis rebelles
a die qua nosse uos cepi. Et ia
cui coram domino xl diebus et xl
noctibus quibus eum humiliter
uel suppliciter deprecabar ne de
leret uos ut fuerat comminatus
et orans dixi. Domine deus ne
dispardas populum tuum et heredita
tem tuam quam redemisti in mag
nitudine tua quos eduxisti de
egypto in manu forti. Recor
dare seruorum tuorum abraham
ysaac et iacob. Ne aspicias duri
ciam populi huius et impietatem
atque peccatum eorum ne forte
dicant habitatores terre de qua nos